tio quanto est maior virtus et
ita videmus apparere etiam 2º methaurorum/
et penetrat ista vena quod ex dua

bus est facta una ad gibbositatem
epatis ut circa. i. sanguinis effusio
in substantiam epatis sit liberior et ista
effusionem sanguinis in substantiam epatis
non comprimat fel. i. non impedi
at fel sufficiet quod gravitate cuius s.
epatis/ cum enim fel sit in gravitate
si ista vena transiuisset per conca
vum epatis ubi esset fel non po
tuisset habere ita liberum transitum
neque ita liberam effusionem // dubitatur
quia videmus quod ista vena debuisset
remansisse duplex ad hoc quod si no
cumentum venisset in una pars
alia remansisset sana ita etiam
multotiens quod natura facit duos ocu
los duas aures etc. ut si accidat
nocumentum in una non accidat no
cumentum in altera/ dicendum quod non
est periculum quemadmodo debet accidere
alicui nocumentum in ista vena
quia tale periculum non esset nisi
aut opilatio aut apostema
non hoc non potest accidere opilatio
quia eveniret potius in sanguine ubi
est vena parvior et strictior
nec apostema quia apostema
aut fieret per viam defluxus
aut per viam pullulationis congre
stionis non per viam defluxus
neque per viam congestionis quia in
magna vena est fortior virtus
et ideo non ita congregabit ut parva
// ad instantiam dicendum quod alie cause
dicte propter quas ista ex duabus
est facta una vincunt illam s.
quod debeat esse duplex ne nocu
mentum quod accidit uni conveni
retur alteri quia istud est curabi
le per modum dictum // dubitatur dicendum quod il
la causa est persuasiva non
coactiva quia tunc deberet esse du
plex cerebrum duplex epar et cor
// dubitatur quia avicenna/ superius intendens
per cor prius generari quam epa
te/ dicebat et videbatur innuere
quod operatio virtutis vitalis erat prior
virtute naturali vel operatione virtutis
naturalis que est in epate/ ideo virtus
vitalis et naturalis ad invicem
distinguantur et istam questionem
disputat galienus [illegible] 97 et
ar(istoteles) primo quod sunt una virtus tamen
g(alienus)/ [illegible] virtutibus/ et 3o et
[illegible]/ 2o [illegible]/ et auctoritas alie
batis quod [illegible] // conclusio
2o per radices [illegible] idem est obiectum
virtutis naturalis et virtutis vi
talis i. ipse virtutes non distin
guuntur si per eadem virtus quam in
debet nota per dicta 2o dicendum
quia virtutes distinguuntur per actus
et actus per obiecta sed obiecta
sunt eadem idem actus et sic idem
actus eadem virtus/ antecedens apparet
quia utriusque videtur idem obiectum
s. nutrimentum preparare // ...
conclusio quia vita est consisten
tialis per calidum naturale in eadem

//Utrum vena umbilicalis fiat una
vel duplex remaneat.

//Utrum virtus vitalis et naturalis
ad invicem distinguatur

sed virtus naturalis et vitalis quia naturalis vitam
dat et consistentiam per alimentum // Multi .4m.
plures virtutes omnes sunt unum scilicet vita
lis et naturalis eadem quia patet auctoritas
planum quia omnes virtutes sunt unum
in suo principali radice et fundamen
to .i. in anima // Sed ferunt videtur et .o.m
Avicenna pro primo ratione de virtute vi
tali // et confirmatur quia subiectum virtu .9fir°.
tis vitalis est cor subiectum autem
virtutis naturalis est epar igitur non sunt
idem quia idem esset causa subiectum // Ad .S.° galie.
istam quaestionem respondet Conciliator inde
do et permittendo ... et nunc
ta illorum sed superflua quia minime
prodest divisionem cuiuslibet vir
tutis generaliter et specialiter ideo
ad propositum illud omittatur et ponatur
illud quod facit ad dictam rationem questi
// Primum igitur quod facit ad propositum quod est .p. suppositum
praemittendum est istud quod natura sumi
tur dupliciter in proposito uno modo convertitur
ut diffinitur contra artem et ut
sic accipitur natura 2° physicorum cum dicitur
quod natura est principium motus et quietis
eius in quo est per se et primo non secundum
accidens et 2° quod generaliter accipitur
dicitur natura est huius principium motus in se
ipsa et isto modo omnis virtus in corpus
dicitur naturalis quia a principio intrinseco ad
differentiam artificialium quorum principium
est extrinsecum // 2° accipitur
natura specialiter magis proprie
quod a principio intrinseco adiectur
dum virtutem et ... virtutem quia talis est
natura celestium corporum que sic ad
heret ... etiam ordi
ni ad differentiam elementorum quorum or
do non est unus sed ... alius
et alius ad differentiam etiam mixto
rum multorum que aliquem ordinem
tenent ut que appropinquant ad
celestia ut homo alia ordine caret
ut que appropinquant elementis
aliquam diversitatem ... non sic habentur
to quod mediatissimum quod ponit Concilia .2m.
tor est illud quod virtus naturalis si
ve vegetativa quia sic quodam instinctu
determinate adheret ...
et ordini unius ideo magis appro
pinquat nature celestium et ideo
eius operis magis potest dici operis
intelligentie sed virtus sed virtu
animalis cum eius actus sint va
rii et diversi et ordini non adhe
rentes magis in hominibus ratione quia
potentie rationales valent ad oppo
sita 2° physicorum ... ut sic nec
elementorum in sunt proportionatur
que non adheret ordini // vita
lis autem quia cum diversa operatione
na dilatat et constringit simul
ut sic convenit cum virtute anima
li sed quia in operando illa diversa
ordinem servat non complete ut conve
nit nec perfecte celestium
et virtutum animalium // 3m quod ponit Con .3m.
ciliator est istud quod virtus
potest dici una vel multiplicatur

et differentie unio dicitur ... animalis
quia ab anima ut est principium comprehendendi
vel movendi ex aliqua preeminens con
prehensione et ut sic vitalis que
convenit cum animali quia utraque movet
/ sed virtus naturalis potest dici motiva
vel principium operandi que fiunt sine
apprehensione et ut sic naturalis que
convenit cum vitali et ergo et ut
sic ambe differunt ab animali / 6a virtus
naturalis potest sumi strictius pro vir
tute ... alimentum ad per ma
nentiam speciei vel individui et sic
ipsa vitalis dicitur animalis quia naturalis
facit permanentiam speciei sed vitalis non
// et hinc ponuntur aliquae conclusiones
a Conciliatore prima est ista quod licet in ma .p.9°
te sint omnes virtutes conjuncte non prio
res aut posteriores ipsa tamen virtus vi
talis manifestatur primo et prima est sic
radix aliarum precedens eas non solum
dignitate et natura verum etiam temporaliter
haec auctoritas primo Avicenne / primum causa
virtute vitali et ipsa dividitur est prima
virtus que in spiritu venit et per spiritum spirituosum
intelligit Avicenne / in membris primum factum
tum // confirmat Conciliator quia eius subiectum primum
tercior primo generatur ut dicit Aristoteles
sup... // Et confirmatur per Avicennam / supra
sed multa alia intrinsecat Concilia
tor quia in membrum non nutritur in
quo non est vite ... calor
calore naturali et spiritu vitali
propter quod nutritum fuit membrum ...
primus a quo recedat calor naturalis
et spiritus ... intrinsecus
ipsius // sic ... patet quod virtus vitalis
est prior tempore ... et
quod sensitiva / apparet etiam quod ipsa sit
dignior aliis et nobilior quia nobi
liori subiecto attribuitur et non alii ut
puta cordi / apparet et ab Avicenna
eius prioritas temporalis prima primum
... virtute vitali quam ipsa potest
sine aliis et alie non possunt sine
ipsa // 2a conclusio que elicitur ex dictis
Conciliatoris est quod ipsa virtus vitalis
differt ab naturali et animali per diffini
tiones subiecta et instrumenta obiecta ac
tus fines istarum virtutum differunt
ergo iste virtutes scilicet naturalis et vitalis
differunt ... et notum
diffinitionis eius istarum virtutum colli
guntur diffinite per primum Doctri
ne de virtutibus / sic etiam subiecta et di
stincta quia cor et epar / instrumenta et
quia alius est spiritus vitalis alius
naturalis / obiecta et distincta quia
obiectum naturalis est ... et materiale / obiectum
vitalis est de ... et formale
/ fines et alius quia finis vitalis
est dare vitam sed ...
per primus ... naturalis
fortassis perficitur et formatur
partis ———— vigore / naturalis autem
... est alimenti ... // sed .d°
tunc Conciliator movet unum dubium
contra dicta quia Johannes Damascenus

dicit quod spiritus vitales, naturales vel na
les et animales variant sunt nomina
et virtus et idem sunt // Adhuc virtuum
omnium spiritum est principium ut puta cor //
6º Ad hoc dicendum quod sunt virtus quae sed di
fferunt in speciem vel aspectu // 2º spiritus
vivus est substantia quae continet virtus spontanee
indicante vitam secundum spiritum species
autem plures / Adhuc sed sit ista una
solutio quod in anima / in spiritus distin
guntur officiis per membra / haec est
dicta generatoris / sed postea solvit
5º | contra generatorem ad obiecta sicut ad instantias
// quod generatoris dicta vere conveniunt
in non sunt clara / et ideo pro eorum decla
ratione et pro declaratione spiritus
vitalis aliqua pauca mihi apparentia
primo nota recitabo // primo 1ª quod primitto ad decla
rationem dictorum generatoris est quod
anima vivitur vel coniungitur cordi et
omnibus partibus nostri corporis sed anima in
rectio anima est cordi et omnibus membris
bus coniuncta aliter non restitut anima
// 2m 2m quod primitto est quod anima una existens est
multa potens facere cum est in
corde et in aliis membris et ideo tot
dicimus eius spiritus per quot ipsa potest
facere ita namque deducit Galenus in
libro de substantia virtutum animalium / vbi di
cit sunt alie virtutes quis multas habet
spiritus sed quod propter purgativam plagarum
conglutinativam humiditates palpebrarum
siccativam plagarum vinculativam vini
disiectivam / anima 1ª coniuncta cor tot
habet spiritus quot ipsa potest facere
adveniens ad corpus / primus autem actus
quem anima faciat in adventu suo ad corpus
est quod vivificat ipsum et facit quod
non erat vivum esse et quod membra
est ipsius et eius vivere membris
membris sit eo et ut ita loquar est
hic actus primus quod facit est reponere
aliquid loco eius quod deperditur quod anima non
potest vivere corpus nisi ratione principii
et caloris / calor autem humidum disso
luit quare ut anima per animam vivi
ficat per animam ponitur aliquid loco
dissoluti et ista est virtus nutritiva
/ 3m quod facit anima est quod facit hoc ani
mal sentire et moveri ad perceptio
nem convenientia et nociva et hoc
fugiat et illud eligat / tres igitur
virtutes quas anima habet cum advenit
cordi et quod ut conclusum est multo
tenens generatio procedit ex defectu
ad perfectius / primo ab anima datur
actus primus qui est vivere / secundo
actus secundus qui est nutrire / 3º ac
tus tertius qui est sentire et move
re / istos autem actus non potest corpus
communicare nisi anima inalterata cordi
vinculatur cum cor proprius / prius
cum vinculum est ad corpus ut
probatur in libro de anima prius et actu / et
hoc probatur quod per eius primam scilicet prius
anima manet in corde et per eius absen
tiam anima separatur a corpore / prius
et generatio est necessaria / et tres
actus scilicet primum generatio

non attribuuntur neque potest attribui
spiritui sensitivo et motivo quod talis
spiritus non est generatus nisi ipsa
supponit principium generatum sed prius non
desinit 1ª sententiam generatio attri
buitur spiritui vitali / spiritus 1ª
vitalis sunt duo actus scilicet dare esse
animali et generationem primum / secundum quod ad
primum et generationem requiritur
magnus calor et magnus calor
est consumptivus ideo expedit ut hic
calor moderetur et refrigeretur
sed hoc per actus attractionis aeris autem
aer refrigerat quod frustratur
sicut sunt / ut expellantur et ideo
ad primum generationem requiritur
dilatatio et constrictio ubi scilicet prius
est multum calidi ut in animalibus
perfectis / dilatatio 1ª et constrictio
non attribuuntur animae spiritui quod
spiritus animalis movet cum apprehensione
similiter motus sicut sicut apprehensione
sed spiritus naturalis qui reponit ali
quid loco eius quod dissolvitur quod nec
illud quod debet apponi ut puta ali
mentum esset aer ad hoc ut re
ponat illud quod deperditum est quod id
quod deperditum est non sicut aer vel
ex membris nec ratione membrorum
debet fieri repositio quod membrum per
hoc non esset restauratio quod facit
aer sed restauratio quod facit alimen
tum et ideo talis dilatatio et constri
ctio attribuuntur spiritui vitali
// Amplius cum animal non sit animal
nisi per sensum ut patet 2º de anima
quod animal per hoc sensum distingui
tur ab animato quod non habet sensum
ut a planta cum habet sensum sit
quaedam perfectio ut notum est cuius
dicit ut ista perfectio insit animali
per aliquid / modo ista perfectio non potest
inesse animali per actum spiritus vi
talis multipliciter primo quod perfec
tio sensus maxime fit per principium
nutritiva autem principium tamen facit
ut dicit medicus et philosophus sed in ipsa
factum posset modificare // Adhuc
plus si nutritiva esset virtus
quae praepararet ad perfectionem sen
sus et motus tunc plantae
essent praeparatae ad sensum et mo
tum quod est falsum nec talis est
virtus sensitiva quod nihil praeparat
ad se ipsum 1ª talis praeparatio non
est nisi spiritus vitalis / sed 1ª
patet quod actus vitalis spiritus multi
plices scilicet dare vitam et membra
habent actum primum vitae / generare principium
quod est calor naturalis / dilatare
et constringere ut principium quod ea
/ et 4º praeparare ad sensum et mo
tum licet sed spiritus vitalis sit
in corde et in omnibus membris non
est in omnibus secundum omnem suum actum
in corde eius est secundum omnem suum ac
tum in arteriis secundum quod ad ac
tum primum secundum et tertium
sed in ossibus est quo ad actu

et mortuum primum// Ex hiis igitur patet quod virtus vitalis
dicitur animalis// Sed circa praedicta .d°. 9.
ut magis pateat inventio praedicti
qua dubia/ quia dicetis non nutri .p°.
tiva dat esse vitale tertium est
quod sic quia vivere est continua
productio per alimentum sed nutritiva
est huiusmodi// praeterea ponatur quod non .2°.
sit illa virtus quam ponitis medicine vi
talem et sit virtus naturalis secundum
corde et membris non ne erit homo
vivens tertium est quod sic sed vir
tutem erit vitalis// praeterea dicetis quia tertia
nutritiva non potest generare spiritum cum .3°.
eius generet sanguinem qui est grossior
substantie multo facilius deberet ge
nerare spiritum qui est subtilis substantie
//Amplius ista vitalis virtus videtur .4°.
naturalis quia ipsa operatur circa
alimentum ut dicunt medici
quod ultimum alimentum est in cor
de unde dictum fuit supra quod anima
decoquebatur a corde quia in corde
erat ultimum alimentum// Amplius .5to.
si cor generat spiritum qui est nece
ssarius virtuti naturali que est in
epate et virtuti animali que est in ce
rebro tunc cor erit membrum similiter
epati et cerebro similiter praeparatoria
//Amplius si spiritus cordis per vir .6to.
tutem vitalem potest dare vitam ani
male et dare et sensum et mo
tum ipsi cordi quia cor per ipsum spiritum
an[illegible] generetur epar et cere
brum et etiam post mortem anima
li viveret sentiret et moveretur
et alia membra possent cum spiritu
vitali exercere suas operationes
unde nutrimenti et sensus et
motus et sic non erit necessa
rium esse aliud spiritum a spiritu
vitali et per consequens superflua erit
et epar et cerebrum// Amplius .7mo.
nullo modo videtur quod sint necessarii
spiritus tres cum unus sufficiat
et si tres sunt spiritus in eodem mem
bro scilicet vitalis animalis et naturalis
cum spiritus sint corde ubi erit
vitalis ibi non potest esse animalis
vel illa pars membri vivet et non
sentiet et ubi erit animalis ibi
movebitur et sentiet et non vi
vet et ubi erit spiritus naturalis illa
pars membri nutrietur et non vi
vet neque sentiet// Ad primum dicendum .Ad pm.
quod nutritiva non dat esse vitale
ymo illud praesupponit et nutri
tiva non dat vitam sed modum vi
te// Sed dicetis contra quia vitalis potest .9.
destrui vel esse in via corruptionis
et stabit naturalis ut potest
accidere per accidens et virtute
vitali [illegible] multo tempore [illegible]
tendit ad mortem et [illegible] rema
net virtus — naturalis// Ad hoc .6°.
dicendum quod cum virtus vitalis corrum
pitur in membro valde cito
destruitur naturalis et omnia alia

cum vitalis sit fundamentum cuiuslibet
alterius unde quando in corde destruitur
naturalis destructa vitali// Sed destructa
naturali longo tempore remanet vita
lis ut contingit videre quia etiam est
quod vitalis potest destrui stante naturali
licet ad modicum tempus hoc fiat
et potest destrui naturalis longo tempore
vitali stante hoc arguit istas
virtutes esse disjunctas et virtutem vi
talem esse priorem naturalium virtutum
vitalis longo tempore stet sine
naturali et naturalis non stet nisi modi
cissimo tempore// Ad 2m cum dicitur .Ad 2m.
ponatur quod non sit virtus vitalis et
sit virtus naturalis erit ne homo vivens
maxime possumus dicere quod non nisi
brevissimo tempore ut iam est dic
tum et non erit ibi vita secundum mo
dum vite vitalem est hic [illegible] ut
generat spiritum ut dat esse [illegible]
modum vite est [illegible] et sen
tire et [illegible]// Ad 3m dicendum quod nutritiva .Ad 3m.
non potest generare spiritum quia ipsa est
[illegible] virtus [illegible] ad singe
nerationem requirit virtutem forma
lem ut est vitalis et propter [illegible] calorem
cordialem est in ultimo gradu pe
rfectionis quia destruit [illegible] for
male// Ad 4m virtus vitalis operatur .Ad 4m.
circa alimentum/ dicendum quod verum est
quod operatur circa alimentum ultimum
sed non ut reponat pro [illegible] membri
deperditam sed ut generet vitalem spiritum
et ideo male dicunt [illegible] istam
[illegible] quia operatur circa alimen
tum/ quia non operatur circa alimen
tum ut reponat illud quod deperditum
est sed ut spiritum generet// Ad 5m .Ad 5m.
[illegible] cor erit similiter epati et ce
rebro similiter praeparatoria/ dicendum
quod non est verum quia membrum similiter
similiter praeparatoria illud quod facit
facit in virtute alterius/ sed cor cum
sit principale membrum facit in virtute
propria et ideo est [illegible] omnibus
et ideo 2° colliget omnia membra agunt
per calorem cordis quod patet in sincopi
quia tunc cum membra non habent calo
rem cordis non possunt in operationes
proprias// Ad 6m cor per solum spiri .Ad 6m
tum vitalem vivit nutritur
movetur et sentit ipsud potest ne
gari/ et cum dicitur cum cor est ge
neratum ipsum vivit nutritur
movetur et sentit possumus di
cere quod sic est ymo [illegible]
et non nutritur neque movetur
[illegible] virtus animalis [illegible]
et sic [illegible] vivum// Aut
dicendum ut dictum fuit supra quod .6°a.
vivit nutritur movetur et se
tit quia simul spiritus complantatus
acquirit habere triplicem virtutem
[illegible]// [illegible] cum isto 19ra .9.
spiritu alia membra potest vive
re nutriri moveri et sentire dicendum
quod est [illegible] quia iste spiritus habet .8°.
virtutem in corde et in aliis

·8o aa·

·Ad·4am·

qr mutatur in suo sbc et in conplexione
eius hz illam virtutem // Aut dicendum et
ad idem redit quod iste spiritus in corde
dedit vitam et virtutem vitalem anima
lem et naturalem non tamen in aliis mem
bris quia alia membra aliter habent suas
virtutes scilicet vitalem animalem et natura
lem quod habeat cor sed cum cor virtutibus
gratia sentiat intense non tamen
perfecte sentit nec perfecte iu
dicat de qualitatibus tangibilibus et
ideo unum et multa alia membra
sunt necessaria ut homo perfecte iudicet de
tangibilibus qualitatibus ut sunt ca
ro nervus et ad ipsum perfectum iu
dicium requiritur spiritus remissio
et ideo cor ad ——— genera
uit sibi cerebrum ut temperet spiritum

·9·

·8o·

illum vitalem cordis ut ille spiritus
melius deformat virtutem sensitivam
ut melius fiat iudicium tangibilium
et secundum aliquam dicitur alterari mittere quod cor
et ideo cor adgeneravit sibi cerebrum
ut temperet illum spiritum vitalem
per nutritionem aliorum ut ossium et
aliorum // Ad ultimam dicendum quod in oculo
lo virtutibus gratia in quo est vita et
naturalis et animalis virtus et perfectum
in quo sunt tres spiritus scilicet vitalis natura
lis et animalis sed unus posset tantum

·8o·a·

·Ad·Am· et ultimum·

existens in ponis ipsius oculi quod unum
non impedit alterius operationem
ymo coadiuvat quia omnes sunt aci
nostrum sicut cum dantur duo
nerves aut tres solvunt quia una
aliam vigorat / quia et si essent tres
candele una esset de cera per
fectione et alia de minus
perfecta vel si essent tres de cera
la cera sed una est calida alia
temperata alia quodammodo frigida et
in ista ponere sunt una non impe
dicet aliam sed potius vigoraret
/ Si autem vos te bene intendatis
et ponendo dicitis inter vitalem
et naturalem dicatis quod vitalis dat
vitam quia dat substantiam spiritus
quod est principium vite et dat principium
formale vite scilicet spiritum cuius spiritus
non est nutritio sed restauratio
nem eius ponere possumus ut dic
imus fuit in alia questione / sed natura
lis virtus dat naturale principium vite
et dat modum quendam vite // his

·Ad·pas· rationes in principio·

visis restat solvere ad instan
cias prius / Ad primam autem dicendum quod
auctores volunt virtutem ——— vita
lem et naturalem quia a proprio intrinsece
eo sed non intelligunt ea esse na
lem que operatur circa nutrimentum

·Ad·2am·

que reparat illud quod deperditur //
Ad secundam dicendum quia ipsa operatur circa alle
mentum dicendum quod licet est ut gene
ret spiritum vitalem sed non ut

·Ad·3am·

reparat illud quod deperditur // Ad

3am vita est consistentia animalis prin
cipium dicendum quod iste est modus
vite presupponens alium principalio
rem vel alterum sunt // Ad 4am vero
virtutes sunt unum in radice quia in anima
dicendum quod vera est quod anima una est ha
bens virtutem radix tamen ob aliud
dicitur dare vitam ob aliud sensum
et motum Et ob aliud dicitur esse
principium allimenti et per alia temperamen
ta exit in illos actus varios et
diversos // Et si instetur
iste virtutes sunt idem in 3o ut
puta in anima et intrinsece sunt sunt eadem
quia quecumque uni et eidem sunt eadem
intrinsece sunt eadem // dicendum quod licet est
quia cum intrinsece sit virtutes sunt idem
in anima ideo intrinsece sunt etiam conveniunt
quia ambe sunt primo anime // Aut dicendum
quod per illam habentur quod illa etiam conveniunt
in specie que sunt eadem
in genere ut in animali ut homo et
asinus intrinsece conveniunt specie que
sunt eadem in genere ut in animali ut
homo et asinus intrinsece sunt conveniunt
genere que conveniunt in subiecto intrinsece
sunt sunt eadem subiecto / et ideo habentur
ex illo quod ille virtutes sunt eadem intrinsece
sunt subiecto et hoc est concedendum // Et

IN VERITATE HEC VE
NA NON ORITUR. po

stquam Avicenna premisit preambulum
ad investigandum ortum venarum et
arteriarum sumit / hic Avicenna in
tendit investigare ortum illum
/ tria autem facit Avicenna / quia primo inve
stigat ortum venarum sumens pro
Avicenna investigat ortum arte
riarum / 3o Avicenna rendet cum quibusdam
dubitationibus / ibi 2a et secundum arteria
rum aggregationem ibi 3a et dubi
tamus / prima in tres quia primo Avicenna
ondit illarum venarum sive ortum
verum et certum / 2o Avicenna adducit
nomina auctorum quibus ondi possent il
las venas non habere ortum ab epate
determinatum per Avicennam / 3o ipse sol
vit ad illa nomina ibi 2a et ipsi
quidem venis ibi 3a quod si considera
venis quantum ad primam partem sic dicit
Avicenna / quod illa vena dicitur est quod
ingreditur de umbilico ad gibo
sitatem epatis ipsa non oritur
non oritur ipsa ex epate / et descendit
ex umbilico vel ad umbilicum
ab ipso epate ex prima scilicet in prima
et dependitur illuc scilicet in prima
et sit ista vena duo vene scilicet
in umbilico et ille duo vene
ingrediuntur de umbilico —
et modo veniunt scilicet disseminantur

vel dispargiuntur in fine ad orificia
venarum que sunt in matrice ita quod ex-
tremitas huius vene sicut dictum est
insufficiens sunt que tangit ma-
tricem ita et taliter quod orificium ipsius
vene exiens insufficiens sunt
occurrit orificio vene exeuntis
matrice hec sunt superius declara-
ta // Deinde cum dicit Et ipsius que de
venis. hic Avicenna adducit mo-
tiva quibus ostendi possit illas ve-
nas sunt non habere ortum ab he-
pate et quibus possit et potest osten-
di ipsas quod ipse oriantur ab epate
et non a secunda / et duo facit quia
primo Avicenna ponit motivum quo potest
ostendi venam umbilicalem ortum habere
ab epate / 2o Avicenna ponit mo-
tivum quo potest ostendi ipsam oriri a
secunda ibi 2a Et iterum ipse / Circa ad
primam partem dicit Avicenna quod in venis
umbilicalibus inest duo quorum unum
est quod ipse sunt apud orificia que eis
obviant tenuiores hoc autem est
in secunda quia in secunda ibi orificia
venarum obviant orificiis venarum
matricis et ex hoc sequitur ut sint
quasi extremitates ramorum magnarum ve-
narum que magne vene veniunt ab
epate / et ex isto motivo elicitur
quod iste vene oriantur ab epate / ex quo
iuxta epar sunt maiores / quia radices
oriuntur a trunco magno et non tan-
tum ab extremitatibus radicum capi-
llaribus // Deinde cum dicit Et iterum
ipse hic Avicenna ponit dictum
seu motivum quo possit ostendi ipsas
ortum habere a secunda et dicit sic et
iterum ipsis venis umbilicalibus
accidit aliud quia ipse in principio non
descendunt nisi inde .i. in
[illegible] ortum habere nisi
inde a secunda quod quia ipse ve-
ne umbilicales assumunt san-
guinem illum .i. ipse incipiunt facere
suas operationes in sanguinem in secunda
quia ex isto extimatur quod ipse oria-
ntur illinc .i. in secunda quia inde habent
aliquid eius oriri unde inci-
piunt suas facere operationes / quod autem
concludant ipse radices videbitur
// Deinde cum dicit Et si considerave-
ris hic Avicenna solvit dubium osten-
dendo quod motiva concludant / et fi-
nem divisionis sic dicit Avicenna / quod
si consideraveris amplitudinem ve-
narum venarum quia sunt magne iuxta
epar et postea procedunt secundum
subtilitudinem hoc .i. istud motivum
faciet te extimare quod earum radix
et principium sit epar. et bene
sic considerantis secundum motivum

quescioni .i. operationem earum ad sangui-
nem quam primo faciunt in extremita-
te sunt que tangit matricem
faciet istud motivum te extimare
hoc motivum quod radix et principium earum
sit ex secunda quia inde habent inde oriri
unde incipit operari / modo solvit
primum considerationem primam .i. primum motivum
est quod consideratio foraminum earum
amplius quod foramen et quod meatus sunt quod
ponit in medio huius foraminis
et meatuum ubi est in terminum ma-
gnitudinis unus inde sicut ortum il-
lius huius illud foramen et non ubi
est extremitas capillaris / hoc etiam
apparet in radicibus arborum quia eas
ponimus ortum habere ubi sunt grossi-
ores et non in extremitate ubi
sunt capillares et supple istud moti-
vum prevalet alteri motivo secundo
secundum questionem .i. propter operationes
quas faciunt in sanguinem propter
istas venas in extremitate ubi
continuantur matrici per secundam sic in-
stituta 2a magnorum tractatorum quia ista
extrema venarum non faciunt istas
operationes in virtute propria ymo in vir-
tute illorum truncorum magnorum et in vir-
tute epatis et supple ista extre-
ma venarum sunt extrema sufficie-
ntium .s. matricis et sunt sufficie-
ntium magis quod prudentiam supple quod fo-
ramine .i. per foramina que sunt par-
vissima quia operationes circa sangui-
nem minime possunt facere in propria
virtute / sic igitur apparet quod ortus vena-
rum umbilicalium est ab epate se-
cundum hanc quia iuxta epar tamen quia licet
operatio fiat vel primo manifestetur
in orificiis tamen quia fit in virtute epa-
tis in infantis attrahentis damus
illis orificiis vim attrahendi ideo
debemus ponere venas vero ortum
ortum habere ab epate et non a secunda
// Dubium quia dicto per dicta multotiens
videtur quod iste vene oriantur a secunda
| quia natura procedit semper de imperfecto ad
perfectum tamen igitur iste vene prius
sunt et per quas imperfectiores in se-
cunda videntur quod debeamus ponere
eas a secunda ortum habere // Solutio
est Avicenne /// Deinde cum Avicenna
sunt motiva tacta ab Avicenna prae-
valet ideo facta quia est verum quod ve-
na iste quo ad esse suum totale prius
fuerit sub esse confuso et imperfecto
quam sub perfecto et hoc intelligitur per illam
propositionem quod natura semper procedit de esse
imperfecto ad perfectum / et non intelligitur
quod perfectum accipiat suum esse ab im-
perfecto ut cor ab intestinis //
Deinde cum dicit Et si arteria
hic Avicenna investigat ortum
arteriarum / et tria facit / quia primo
originalem manifestat earum ortum
| 2o insuper et alii / 3o concludit inten-
tum declaratum ibi 2a Et si
accipis primum ibi 3a Iuventute

·d°·
·p̄arm·
·om·
·v·

·/ Verum vene umbilicales oriantur a secunda.

uero. Quantum ad primam partem dicatur quod si
possimus arguere et dicere de arte-
riis umbilicalibus quod ipse oriantur ab
arteriis continuatis cum arteriis cor-
dis fetus uel ab arteriis matris
et sic sicut dictum est de uenis et
arguere ad unam partem et solui
ut solutum est ad questionem de ue-
nis. et sic dictum est quod duo orificia (abepate fetus. sicut dictum quod uero orti arterie umbilicales oriuntur)
arterie umbilicales oriuntur ab arteriis
que oriuntur a corde fetus et non
ab arteriis matris // Deinde cum dicit
Et si accepisses hic avicenna intendit
manifestare originem arteriarum um-
bilicalium in speciali. et primo facit
quod dictum est. 2o avicenna declarat
quedam que dixerat ibi 2a ipsa cum
sit nervea. Quantum ad primam partem
sic dicit quod ut dictum est arterie
umbilicales oriuntur ab arteriis or-
tis a corde infantis sicut uene um-
bilicales ab epate fetus. Et propter hoc quod
si accepisses .i. si anothomizares
intueres primum [illegible] .i. intueres
eas primas et capillares in summa
et intuereris eas magnificatas re-
uertentes ab umbilico ad arterias
magnas. Et in ultimo que sunt arte-
rie uenientes a corde infantis
que arterie orte a corde infan-
tis sunt subpositae super dorsum .i. su-
per spondilibus super uesicam [illegible]
[illegible] et ibi bifurcantur et ab
ipsis oriuntur arterie umbilicales (.Nota)
// Circa istam partem considerandum quod ar-
terie umbilicales remanent
due usque ad inferiora ubi ipse con-
iunguntur cum arteria adorti ut dicit
avicenna. coniunguntur in extremita-
te illius quod est iuxta uesicam. non
ascenderunt autem iste arterie di-
recte ad superficiem cordis sicut uene
ad superficiem epatis quia perforassent
dyafragma uel aliud membrum
et quia dum coniunguntur iste arterie
arterie adorti ipse sufficienter fla-
bellant et [illegible] tantum cordis caliditatem
et caliditatem illius arterie. et prolonga-
ri ponerent iste due arterie quia
duas habent [illegible] 1a sunt
periculum in earum prolongatione sicut
uene habent [illegible] firmitatem periculum (una)
fuisset in earum prolongatione. et 2o
uene cum ille ueniunt super umbili- (sunt)
cum fit una uena et peruenit
in superficiem epatis et sunt breuia
tam earum spatia ad epar propter magnam
necessitatem alimenti [illegible] propter
nutrimentum et propter augmentum [illegible]
prolongatum sunt spatia arteriarum
umbilicalium ad cor quia in ipso
non erat magna necessitas
euentationis cordis. et ut in tali
distantia preparetur aer arteriis
in illa longa uia ne frigidus

peruenirent ad cor. aer enim antequam ue-
niat ad cor debet preparari et aliquo
remitti in suo frigore. remittitur
autem in fetu tamen nato in pulmo-
ne. et [illegible] ut patet [illegible] et 10 (in non nato)
34 [illegible] in non nato fetu longitudo
istarum arteriarum obtinet locum pul-
monis. et considera quia ista est bona
[illegible] // Deinde cum dicit ipsa cum sit hic
avicenna intendit declarare dicta
sua et sic dicit dictum est quod arte-
rie umbilicales coniunguntur cum
arteria adorti in extremitate dor-
si cum per quam ipsa membra dicta
arteria adorti existens in extremitate
dorsi et loca uicina sunt membra
uiliora et propinquiora ad que pote-
st ut ipse arterie [illegible] (umbilicales)
supple ad hoc ut in tali distantia et
per talem distantiam fiat aeris prepa-
ratio. cum in fetu non nato cor [illegible]
sit minus uehementer [illegible] quibus (magnum et calidum)
si arteria adorti et uicinus membris
ligantur [illegible] ligamentis
laxis ut non strangulentur
sed possint moueri cum fetus mo-
uetur. Deinde [illegible] sunt
iste arterie umbilicales in arte-
rias principaliores .i. in arterias
magnas et per hoc non necessarias ad
[illegible] animal que non aperiuntur .i. non sol-
uuntur in continuitate earum usque
ad rupturam quia cum solutum continui
earum statim egredientur spiritus et
sanguis arteriales in multa quantitate
et moritur animal // Considera-
dum circa istam partem quod avicenna in
ipsis ultimis verbis uult habere
[illegible] quia iste uene umbili- (.Nota)
cales continuantur cum illa arteria
adorti quia cum ista arteria ador-
ti sit arteria principalis maxime continua-
ta cordi cuius signum est quia ipsa non
aperitur in animali usque ad finem ui-
te. ideo ut iste arterie umbilicales
possint debite euentare cor debu-
erunt cum ipsa iungi ut immediate
euentetur cor. si in extremitate
debuerunt iungi propter causam dictam ut
per distantiam possit aer cordi
preparari quia si aer preparatur cordi
in nato ubi est intensa caliditas et
preparatur in pulmone ne subito
nimis frigidus ingrediatur ad
cor multo magis debet preparari in
non nato ubi non est talis excessus
caloris // Deinde cum dicit Iuuentute
hic avicenna concludit intentum di-
cens quod in iuventute sunt duo rami ar-
terie umbilicalis et quoniam origo
est ex arteriis [illegible]
ex arteria adorti sicut considerare
predictum .i. sicut [illegible] de
origine uenarum ab epate. et patet
// Deinde cum dicit Et dicunt medici
hic avicenna [illegible] quibusdam du-
biis. et primo [illegible] 2o aliud ibi 2a
et dicunt quod propter hoc. Quantum ad
primam partem sic dicit avicenna. dicerent

aliquis quod arterie umbilici non continuantur
ad cor sicut vene ad epar, videtur
et probatur quia dicunt medici quod quid-
cio ambabus scilicet umbilici scilicet utrum
continuarentur ut extenderentur ad cor
una causa est propter longitudinem spacii secunda est
propter incisionem separatam id est propter inter-
iacens scilicet in medio umbilici et
cordis que oporteret ledi utputa zir-
bus dyafragma epar pulmo quia va-
lidus sonitus et propter quod apperi-
guat spacium scilicet ambarum arteriarum um-
bilicalium eis membris quibus iste ar-
terie continuarentur que sunt membra
vita et continua cordi ut arteria
adorti non indigent ipse arterie
umbilicales unitione id est continuatione
ad cor // dicendum quod prima causa non videtur suffi- .1o.
ciens scilicet quod propter longitudinem spacii iste .p. 2m.
arterie non continuantur cordi quia
quamvis longum sit spacium natura conti-
nuat tamen arteriam adorti que ve-
nit usque ad finem dorsi et tamen po-
terit continuare istas arterias continuas
cordi quia longitudo spacii non impedit
// Amplius secunda causa non valet quia ar- .2m.
teria adorti venit a corde usque
ad finem dorsi et non ledit zirbum
neque stomachum neque aliud membrum
// Quoniam tamen ad tercium quod non veniunt .5o.
arterie umbilicales ad cor sed ad ar-
teriam adorti frustra enim fit per plu-
ra quod potest fieri per pauciora sed
potest sufficienter evitari
embrio per arteriam adorti et hoc se-
quitur arteriales non fuit necesse
ut continuaretur alia arteria et hoc
propter longitudinem spacii quia spacium est ita
magnum quod similiter et iterum fuisset
necessarium per illas arterias continuo
ne cum fuisset subiacta aliorum
membrorum iterum / 2o propter intermedia
quia membrorum aliquis lateri mediorum
fuisset factum strictius ad hoc
ut iste due arterie ibi locarentur
et ideo apparet quod utraque causa valet // et .do.
sunt que creatos quod ponit melius
quod arterie umbilicales oriuntur
ab arteria adorti // causa patet quia ibi ipse .5o.
annichilantur et quia conficatur ar-
arteria adorti remanet in sua
perfectione / et hoc est videre post
partum in fetibus qui moriuntur, // deinceps
cum dicit et dicunt hic aliud ...
dicit alterum dubium / diceret ali-
quis quod pulmo est rubeus in non na-
to scilicet in fetibus existentibus adhuc
in matrice / et est albus in fetibus
post partum // videtur et postea quod ut me-
dici dicunt quod sanguis hoc est
propter quod arterie et vene pervenien-
tes ex corde ad pulmonem in illa
hora scilicet quando fetus est adhuc in
matrice non conferunt continuamen-
tum ad hanc rectitudinem quia fetus
non habeat cum calidum sui cor-
dis adhuc sed valde tenuissimum
quem ipsum est cor scilicet venarum

et arteriarum continuamentum ad membra
tunc eum sanguinem faciunt ad nutrimentum
pulmonem / quia scilicet cum fetus
est in utero factus est necesse
venas ad alteram scilicet arterie ad ve-
nam que est aptus et scilicet pulmo copio-
sum nutrimentum habeat quod necessarium
et quia foramina opilantur et clauduntur
apud id est post partum ad hoc ut parta
tam illarum perveniat aer ad cor per
pulmonem et per venam ad pulmo-
nem adveniat nutrimentum
per ergo quod pulmo est ipse dictus non
est nisi rubeus in embrione ipse
nutritur sanguine puro rubeo cum
non est admixtus aer albificans
verba quia ibi non sit aeris admixtio quoniam
non respirat / et ipse pulmo est al-
bus post partum quia nutritur sanguine
subtiliori et permixto aereitate que
fit post partum / et ideo subdit aves / et
non albificat ipsum sanguinem quia pulmo-
nem post partum reddit album nisi
mixtio aereitatis // Circa istam partem .Nota.
est considerandum quod ut ponit Gerardus
de virtute particularum ubi movet
etiam hanc questionem et videtur et
captum quod quia pulmo in fetibus non natis
est rubeus et in fetibus post natum
est albus videtur quod fetus nutrit
in utero sicut reliqua membra per ve-
nas non pulsantes et iste vene habent
sanguinem nutrimentum et veniunt iste ve-
ne a vena concava sicut a vena hepatis
et ad istas venas natura ingeniavit
ut ab arteria venali sit una via
vel unum portans sanguinem ad pulmo-
nem ut pulmo habeat copiam nutrimenti
et ideo cum propter sanguinem arteriales quod adhuc
non est nullus subtilis propter paucum
motum et propter parvam introclusionem
aeris non est adhuc minus subtilis
pulmo apparet rubeus / unde post partum
illa via que ab arteria venali ad quadit
venas concavas pulmonis quoniam con-
tinuit pulmonibus clauditur et extra
aliqualiter ita quod per ipsam transire potest <no
sanguinis tanta quantitate neque ita
grossus ymmo subtilior sanguis propter
exspirationem / et transit et aer nunc
ad cor eventans cor / propter subtilita-
tem id est sanguinis et introclusionem aeris
et in introitu pulmonis per ipsam
unitatem pulmo apparet albus ubi prius
apparebat rubeus / et hec dicit Thomas
valde mirum // Et si diceret quod .9a.
in non natis adhuc ad cor et ad ar-
terias cordis transit aer per venas
umbilicales // ille est parve quantitatis .5o.
non potens albificare // Consequenter .Nota.
dicit 2o quod ipsum dicit // hic continuat
a inducit et primum notum / dicit
et aliquis quod arterie umbilicales
in fetibus non terminantur ad pul-
monem quod est cordis eventatio
aves / videtur quod fetus in utero non
respirat neque anhelat neque est
per hoc continuamentum arteriarum pul-
monis per cordis eventationem
cuius signum est quia pulmo in non

Notandum quod arterie umbilicales
non terminantur ad cor.

.1o.
.p.a 2m.
.2m.
.6o.

natus est rubeus, et sic sequatur littera
expositio ut facta est // Sed dubitatur quia Avi-
cenna hic dicit quod pulmo post nativitatem vi-
detur et albus propter aeris introclusio-
nem; contra quia dato quod aer intercludatur
aer non nutrit // Respondebitur (?) ... sanguinem (?)
ponit quod pulmo apparet albus propter frigiditatem
// Dicendum quod pulmo post nativitatem est apparens
albus non rubeus propter subtilitatem
sanguinis nutrientis ipsum, quia sanguis
redditur subtilior propter motum pulmo-
nis propter attractionem aeris aliqua-
liter dum transit, sed dum subtiliter sanguinis (?)
et propter aereitatem quae reddit sanguinem
magis album // Ad instantiam aer non

.Ad p.m o.m

nutrit, dicendum quod verum est, sed tamen propter magnam
admixtionem remanet in poris pul-
monis et in substantia eius quia remanet
ibi aer et reddit ipsum album // Aut

.6a a.

dicendum quod aer per se non nutrit, sed admix-
tus sanguini bene potest nutrire // Ad

.Ad 2m.

2m dicendum quod Avicenna ibi assignat causam
tantum, Albertus dicens quod pulmo apparet
albus propter frigiditatem, id est propter humores fleg-
maticos qui ex catarro ad ipsum pul-
monem descendunt // Dicendum cum dicit
et dicunt medici. Hic Avicenna
intendit ostendere quomodo generantur
panniculi alii a spermate, et sic dicit
et intellige illa dicta superius de pan-
niculis aliis a spermate. Dicunt medici
quod panniculus unus latinus (?) qui est pa-
nniculus urinae continuus et est pa-
nniculus sudoris creatur ex spermate
mulieris, quod probatur quia tale sperma mu-
lieris est rarum et mollius spermate
viri, quia non fuit possibile ut involucrum
esset amplius, id est magnum, et
ille sudoris est magnus, id est gro-
ssius uno subtilis factus est, quod
hic panniculus involvens longius, scilicet
ab umbilico nascitur, scilicet propter paucitatem
materiae. Et super hoc sperma est panniculus
grossius factus ex spermate viri et
sanguine menstruo, quod est nullus (?)
et factus est sic grossus ut fe-
tus continuaretur per eum cum infe-
riore parte matricis, quia iste immediate
adhaeret matrici quo ad inferiorem
partem quae potest dici inferior respectu conte-
ntorum. Et hic panniculus similiter est
continuus, id est protectus ab humidita-
tibus omnibus, scilicet sudoralibus et urinalibus,
cum iste panniculus involvens sit
parvus et ab umbilico nascitur non
est continuatio quam ad sudorem effu-
sionem amplum, id est cum ille pan-
niculus involvens sit [illegible]
est continuatio quam sit unus magis
ut fiunt tangens fetum ad quem
perveniret super superfluitates totumque
est sudor, et dicendum dixerunt ubi
non debebant dicere vel est
dicendum in non suo loco ab eis
est dictum sive causa et [illegible]

./ Utrum propter quid pulmo post nati
vitatem appareat albus.

.1o.
.p.a 2m.

tione // Dubitatur utrum sperma mulieris ha-
beat virtutem activam in generatione, et arguitur
quod non, et sic masculus est ex semine (?)
libus principium activum et femina passi-
vum, id est femina vel semen sperma non habet
principium activum // Alia ratio est genera-
tis multiplex (?) quia primo frustra fit per plu-
ra quod potest fieri per pauciora // 2o quia in
cunctis habentibus dispositas virtutes
dispositio [illegible] et non sunt complexio-
nes dispositas diversificantur virtutes
agentis et patientis, dicitur notatur (?)
quod exhibet principium activum respectu sper-
ma. Sperma igitur mulieris non ha-

.p. confirmatur 2o.

bebit virtutem activam // Et confirmatur
quia si sperma mulieris haberet virtu-
tem activam, tunc mulier in se ipsa
posset generare sine viro, quod est falsum,
et patet quia quodlibet utrumque sperma habet vir-
tutem activam, scilicet viri et mulieris,
aut utrumque introducit formam aut
unum disponit et aliud introducit
formam. Si utrumque introducit formam
tunc propositum, quia sperma mulieris
cum habeat menstruum potest
per se ipsum generare. Si ponatur ut
ponunt medici quod sperma mulieris
habeat activam virtutem, sed debi-
lem, potest ista virtus fortificari et
materia disponi, scilicet in seminalis (?), quia
potest sperma mulieris fortificari
et ex sua materia et seminali disposita
generari a spermate ipsius mulieris fetus.
// Si autem ponatur quod virum sperma dispo-
nat materiam et aliud introducat formam,
hoc videtur inconveniens, quia idem
est agens disponens materiam et intro-
ducens formam // Patet consequentia 2o si

.2a tercia

sperma mulieris haberet virtutem
activam sequeretur quod idem esset agens
et patiens. Consequens est falsum et contra 2o
Physicorum. Consequentia patet quia per generationem ponitur hic (?)
sperma habet virtutem activam [illegible] fit as-
similatio ponitur esse et [illegible] materia
// Patet consequentia 3o si sperma mulieris

.3a tercia

haberet virtutem activam, aut ita
haberet generatam (?) sperma viri aut
per se sine illo; neutrum horum [illegible],
id est maior patet a sufficienti divisione,
minor probatur non primo [illegible] quia tunc
mulier posset in se ipsa generare,
neque secundum quia hic oporteret ut
esset unum aliud agens virtute illa (?)
duo spermata ut haberet et faceret

.nota per se .4a.

generationem [illegible] matrix [illegible]
generatione habebat virtutem activam quod
est falsum // Confirmatur quod sicut sanus (?)
menstruus est materia nec separata et
appropriata generationi embrionis, id est sperma
mulieris non habet virtutem activam [illegible]
videtur [illegible]
patet quia materia appropriata non exigit
unum aliud tamen (?) ut introducatur
forma, sic patet quomodo [illegible] a contrario
deducendo [illegible] sed sicut forti
doli alicui reducitur [illegible]
sed cupiam quod est materia propinqua [illegible]

./ Utrum sperma mulieris hab-
eat virtutem activam
in generatione.

Inz motore (?)

num motorem // Consideratur 4to ex uno .4.a
grano fit planta et non requiritur plu
ra id est ex uno spermate ut puta viri fi
et generatio embrionis // Secundo ordinem .2.a 2.m
quod ex spermate mulieris naturaliter non fi
at generatio embrionis vir/ quod membra nu
triuntur ex sanguine mulieris et non
ex spermate id est generatur ex menstruo et non
ex spermate/ ambo ex multotiens dictis
patet generatio quod eadem est materia generationis .p[ro]p[ositi]o 2.
et nutricationis // preterea hoc confirmatur 2ca
primo quod mulier potest impregnari sine sui ^
spermatis expressione aut emissione id est
sperma mulieris non videtur facere
ad generationem sed viri generatio videtur esse
nota ambo probatur quod multe mulieres
sunt impregnate per violentiam eis factam .2a.
// Amplius 2o colliget virgo mulier fi
de digna fuit impregnata absque copu
la viri quod fuit impregnata in lava
cro in quo spermatizaverant mali
homines naturaliter per propriam virtutem
trahente sperma viri et in illa
mulier non emiserat proprium sperma
// Consideratur 3o sic naturaliter cibo nut .3a.
propter sperma completo coytu id est sperma
mulieris non est ut viri ingeneratio
ne embrionis/ ambo videntur esse nota ^ancill[illegible]
generatio patet quod quod expellitur extra matri
cem non potest esse materia embrionis
cum os matricis maneat ut in tam
agat agens // dicunt tamen isti contra
rios istarum opinionum quod licet sperma mu
lieris non sit agens neque materia
nullam tamen facit ad facilem conceptio
nem quod facilitat generationem propter
multa ——— sicut nunc materiam primo quod
subtiliat sperma viri quod est grossi
/2o quod equat ipsum in generatione quod in
mis tam /3o equat quam etiam comple
xionem matricis quod ardens et calida
nimis/ 4o quod lenificat id est remittit
etiam superfluam viscositatem sperma
tis viri/ 5to iuvat quod disponit
matricem ad attrahendum sperma vi
ri per delectationem quod excitat eius
sensum quod ante videbatur sopita
/6to iuvat quod attingit ad partes ma
tricis ad quas non potest attingere
sperma viri ut illas partes faciat
appetentem ut sperma viri magis re
tineat // Sequitur ipso post .o.m
bonum sic de spermate // Sic dicit Tho
mas rationes facte in ista questione no
de nihil faciat licet rationes bene quas
facit ipse de spermate/ tamen quod rationes
bene videntur magnam probabili
tatem habere et quod omnes eum dam
nant volui hic eum defendere
et solvere rationes factas in contrarium
// primo id est ostenditur quod sperma mulie .p[ro]p[ositi]o 2o [illegible] nec p[ro]ga.
ris habet virtutem activam sic fetus
plurimum assimulatur femine et ma
tri id est sperma femine habet virtutem activam
rationis tenentem ad generationem patet
per experientiam in multis [illegible]
bus humanis hoc patet 2o libri
[illegible] masculus

etiam fetus plus assimulatur femine quam
masculo/ et sic leones et omnes ani
malia secantur ad invicem plus assimulantur
omnes fetus quam hyrco generatio probatur quod tales
assimulatio non fit a spermate ——— vi
ri quod sperma hyrci non habet in potentia ge
nerandi oves neque sperma mulieris habet
potentiam generandi canem neque fit animal
nisi sicut anima/ id est a spermate femine pro
cedit talis assimulatio fiat autem per
viam resistentie quod ut in pluribus a
gens vincit materiam et in agente vin
cente materiam adhuc stat similitudo ad .2a.
feminam sicut assimulatio ad feminam // Co
nsideratur 2o et sic in quolibet membro est
forma et figura sicut plasmatio aut
id est sperma viri introducit formam et pl
asmationem aut sperma viri formam et sperma aut ^
ma femine nullam. si formam et plasmatio
nem aut sperma viri formam et sperma
femine plasmationem non potest dicere quod
utrumque causetur a spermate viri quod tunc
fetus numquam assimularetur femine nec potest
dici quod sperma femine det utrumque quod fetus
nunc etiam non assimularetur patri/ etiam
sperma ——— femine dabit formam et sperma
viri dabit formam cum fetus assimu
letur matri quod ratio sperma mu
lieris habebit virtutem activam/ ne
quod valet illud quod dicit quod hoc sit ex re
sistentia materie sicut menstruum quod non re
cepit plenum dominium agentis ra
tione resistentie materie non est nisi
ex parte dispositionum que actualiter sunt
in materia sicut caliditas siccitas grossi
ties viscositas materie sicut albedo
vel nigredo materie menstrualis/ Cum
id est materie sic non sint plasmationes
et figurationes actualiter per istas
non potest resistere spermati id est si iste
dispositiones sunt in embrione quomodo poterit
aliquid prius actum producens illas
cum ex parte sit quam pulcer et ma
ter nigrior [illegible] et fetus sit sca
[illegible] et nigrior ut mater et cum
ista assimulatio non fiat per resiste
ntiam materie quod in materia non sunt ta
les plasmationes resistentes quomodo potest
aliud primum introducens illas figura
tiones similes matri et ipsum non potest
esse nisi sperma mulieris quod habet virtutem
activam ambo patet generatio quod sicut sperma
viri acquirit virtutem activam a suis
testiculis et vasis in virtute cordis
sic et sperma mulieris in suis testi
culis et suis vasis potest acquirere virtutem
activam // Consideratur 3o sic in muliere
est virtus nutritiva id est in suo spermate
est virtus activa patet et generatio quod
nutricatio est quedam generatio .3a.

Et cum ad cor fetus antecedit
